

aliis Pignatell., tom. I, consult. 136, num. 4, et alii plures.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(39. Jure Romano transactio super relictis in testamento non inspectis tabulis facta, vitiosa est, l. vi, ff. *De transact.* Disquiri vero solet, an transactio hæc moribus sustineatur, si inspectioni huic fuerit renuntiatum, vel juramento ipsa transactio confirmata fuerit?

(40. Simplicem renuntiationem non sufficere existimant Mantica, *De tacit. et ambig.*, lib. 1, tit. 2, num. 2 et seq.; Sand., *Decis. Frisic.* lib. iv, tit. 5, defin. 15, ex ratione illa, quod juri prohibitivo renuntiare haud potest.

(41. At si accesserit juramentum, valere transactionem ex dispositione juris canonici, tenet Vinnius *De transact.*, cap. 5, num. 8, eo quia potest juramentum hoc sine peccato servari.

(42. Cæterum pactum remissorium seu gratuitum, quo renuntiat quis omni illi, quod sibi in testamento relictum est, subsistere, firmant Lauterbach, in *Compend. Jur.* lib. II, tit. 15; Borcholten, *De transact.*, c. 4, n. 20, ea adducta ratione, quod cessat hic ratio illa prohibitiva transactionis, quod homines modico incontinenti dato, inexpectato obvenientia facile repudiare solent; l. 8 princip., ff. *De transact.*

(43. Contrarius vero est Strich., in *Usu modern. Pandect.*, lib. II, tit. 15, § 10: «Verum, inquit, et hic forte existimabit paciscens, parum sibi relictum esse; unde ad liberalem repudiationem exigui lucri facile induci potuit; non idem forte facturus, si quantitatem relictam in testamento scivisset. Nec quidquam stringit Hunnii ratio, quod

SUMMARIUM.

1. Regulares professi non possunt ad aliam religionem etiam strictiorem transire sine licentia Sedis apostolicæ. — 2. Regulares professi transeunt de licentia Sedis Apostolicæ ad laxiorem religionem etiam ejusdem ordinis, tenentur in secunda religione novum annum probationis peragere, et ibi professionem emittere. — 3. Regularis professor habens indultum Apostolicum transeundi ad aliam religionem, non potest transire ad laxiorem. — 4. Si tamen indultum sit concessum transeundi ad quamcunque religionem, in qua regularis et claustralis observantia vigeat, tunc potest transire etiam ad laxiorem, dummodo sit religio claustralis et regularis. — 5. Transitus regularium conversorum ad statum clericalem etiam in anno novitatus est prohibitus; unde non potest concedi, nisi a Sede Apostolica. — 6. Et a fortiori, si jam professionem emisissent in statu laicorum et conversorum, non possunt de sola licentia prælati regularis et definitorii transire ad statum clericorum, sed talis li-

(1. Regulares professi non possunt ad aliam religionem etiam strictiorem transire sine licentia Sedis Apostolicæ. Monacell., tom. II, tit. 16, formul. 3, numero 18, Donatus, *Præx. rerum regular.*, tom. II, part. II, tract. 5, q. 22, 11, et communis

illa, quæ in testamento relictæ aut integra repudianda. Hoc enim in ipsa hæreditate concedo, in legato nego. Imo nec legatum pro parte sic accepto, sed integrum; partem vero vi transactionis alteri cedo. Vix ergo sine juramento tale subsistet pactum.»

(44. Pariter jure Romano de alimentis in testamento relictis transigi haud potest, nisi auctore prætore. L. 8, princ. ff. *De transact.*, et l. 3, cod. eod., nisi melior reddatur conditio alimentorum, dict. leg. 8, § 6. (45. At prohibitum haud esse pactum, quo alimenta futura gratis remittantur, tenet Hunnius *De transact.*, c. 3, exercit. 22; Vinn., eod. tract., cap. 6, numer. final.

(46. Sed et contradicit Strich., in *Usu modern. Pandect.*, lib. II, tit. 15, § 11. Adde Coler., *De aliment.*, lib. I, cap. 8, n. 48 et sequent. Accedente vero juramento sustineri transactionem, sentiunt Bachov., hoc tit. *De transact.*, cap. 2, num. 8, Vinn., eod. tractat., cap. 6, num. 16.

(47. An et decretum judicis requiratur in sessione alimentorum ex contractu debitorum, vide apud Rot., in *Romana Cessione* 11 Junii 1713, et in confirmatoria 8 Decembris ejusdem anni cor. clar. mem. *Adrov.*

(48. Reliquum est, ut dispiciatur, an transactio hodie involvat novationem. Affirmat Anton. Faber, in cod. hoc tit., defin. 2. At negat, et quidem rectius innixus in l. final., cod. *De novat.*, Strichius, in *Us. modern. Pandect.*, dict. lib. II, dict. tit. 15, § 4.

(49. Utilis vero est hæc observatio; nam si transactioni haud inest novatio, non liberantur pignora, et fidejussores prioris obligationis. Imo, et pristina actione agi potest, recusante altero implere transactionem; Strich., ubi supra.

TRANSITUS.

centia obtineri debet a Sede Apostolica, ad n. 7.— 8. Conversi transeuntis ex indulto Apostolico ad statum clericalem præcedentia initium sumere debet a die clericatus, non autem a die susceptionis habitus. — 9. Transitus de statu clericali ad illum conversorum, justa causa concurrente, potest fieri cum sola licentia prælati regularis cum consensu discretorum, vel alias, prout cujusque statuta præscribunt. Dummodo transiens in ordinibus sacris non sit constitutus.—10. Quoad ea quæ concernunt affiliationes regularium in aliis conventibus, et transitus eorum ad alias provincias, remissive. — 11. Transitus de ritu Græco ad Latinum, et econtra, non permittitur absque licentia Papæ.—12. Facilius tamen permittitur transitus a Græco ad Latinum, et nunquam regulariter de Latino ad Græcum. — 13. Ratione transitus cadaveris per alias parochias nequeunt ipsi parochi aliquid exigere. — 14. Talis transitus potest fieri per quascunque dioceses et parochias, stola et cruce elevata, etiam irrequisitis earundem parochis. 15. Alia ad rem ad n. 53.

aliorum ex praxi et stylo curiæ, et quoad transitum ad alias religiones edita est novissima a Bened. XIII, const. incip. *Licet sacra.* Vide verb. REGULARES, art. 1, 61, ubi affertur ad litteram.

(2. Regulares professi transeuntis de li-

centia Sedis Apostolicæ ad laxiorem religionem etiam ejusdem ordinis, tenentur in secunda religione novum annum probationis peragere, et ibi professionem emittere. Sic sac. congr. Conc., quæ apud Fagnan., lib. III *Decretal.* in cap. *Ad Apostolicam* 17, De regularibus, num. 67, expresse respondit, «Transeuntem de licentia Sedis Apostolicæ ad laxiorem religionem etiam ejusdem ordinis, teneri in secunda religione novum annum probationis peragere.»

(3. Regularis professor, qui habet indultum Apostolicum transeundi ad aliam religionem, non potest transire ad laxiorem. Conc. Trid., cap. 19, sess. xxv, *De Regularibus*, et sac. cong. Conc., in *Cajetan. Transitus* 4 Mart. 1743, in qua rescriptum fuit, «Transitum ad laxiorem fuisse nullum, et orator omnino intra mensem redeat ad suam religionem.» Sic apud Monacell., tom. IV, Supplem. ad II tom., num. 435.

(4. Si tamen indultum sit concessum transeundi ad quamcunque religionem, in qua regularis et claustralis observantia vigeat, tunc potest transire etiam ad laxiorem, dummodo sit religio claustralis et regularis, quia, cum Apostolicum indultum limitaverit religionem claustralem et regularem, videtur noluisse limitare qualitatem religionis circa arctitudinem majorem vel minorem, alias id expressisset, arg. cap. *Inter corporalia* 2, De translatione. episcop., § *Sed neque istud*, cap. *Ad audientiam* 12, De decimis, et cap. *Quia circa* 22, De privilegiis. Sic recte notat eminent. Petra tom. V *Commentar. ad const. 3 Calixti III*, num. 9, referens quod cum hujusmodi Breve obtinisset quidam monachus Camaldulensis generaliter ad aliam religionem, ubi regularis et claustralis observantia vigeret: et inde transiisset ad laxiorem canonicorum regularium S. Augustini congregationis Ultiensis: et disputato dubio in sacra congregatione Concilii ex remissione facta per sacram Pœnitentiarum. Sac. cong., in *Taurinensi Transitus* 6 Aug. 1712 rescripsit, «constare de validitate transitus,» nulla facta difficultate circa laxiorem qualitatem canonicorum regularium. Hæc ipse.

(5. Transitus regularium conversorum ad statum clericalem etiam in anno novitatus est prohibitus, unde non potest concedi, nisi a Sede Apostolica: habetur ex decretis Clementis VIII editis pro institutione novitiorum in monasteriis designatis vel designandis, constit. incip. *Cum ad regularem* n. 43, ubi sic expresse statuatur: «Sed qui ad conversorum habitum recepti fuerint, ad clericorum statum transire, etiam durante tempore probationis, non possunt.» Quæ decreta Clementis VIII confirmata fuerunt jussu Urbani VIII, a sacra congreg. Conc. in *Decretis de apostatis et ejectis*, et ita card. Petra, tom. IV *Commentar. ad const. 8 Eugenii IV*, n. 6, ubi expresse dicit quod proinde hic transitus fieri non potest, nisi cum licentia Papæ, quamvis jure antiquo id fieri potuerit cum li-

centia superiorum regularium, Passerin. *De statib. homin.*, tom. III, q. 189, art. 8, n. 227; Donatus, *Præx. rer. regul.*, tom. II, tr. 14, q. 14, recte dicens quod optima ratione id factum est, ut juxta præceptum Apostoli, *I ad Corinth.* cap. vii: *Unusquisque permaneat in ea vocatione, in qua vocatus est;* ut auferatur ansa et occasio ambitionis, qua solent homines altiora appetere non sine marmure, et prælatorum molestia.

(6. Et a fortiori, si jam professionem emisissent in statu laicorum seu conversorum, non possunt de sola licentia prælati regularis et definitorii transire ad statum clericorum, sed talis licentia obtineri debet a Sede Apostolica, quæ ad id solet expedire breviam cum clausula, *De licentia tamen suorum superiorum*, quæ debet intelligi copulative de illa generalis et provincialis simul, prout expresse declaravit sacra congreg. Episcop. et Regular., *De mandato Urbani VIII*, die 2 Aug. 1630, apud Peyrin. *De prælat.*, q. 3, cap. 1, § 6, n. 146, nempe «clausulam, de licentia superiorum in brevibus prædictis appositam, esse intelligendam de generali ordinis, et provinciali oblatorum hujusmodi, ita ut pro eorumdem brevium executione requiratur utriusque licentia et consensus.»

(7. Et quod laici seu conversi professi non possint transire ad statum clericalem de sola licentia prælati regularis, clare habetur ex cit. decr. Clem. VIII, per illa adducta verba: «Etiā durante tempore probationis, non possint;» quæ manifeste indicant a fortiori sic transire non posse post jam emissam professionem. Et id expresse decrevit sac. congreg. Episcop. et Regular. sub pœna suspensionis ab officio superioribus talem facultatem concedentibus, ut refert Nicolius in *Flosculis*, verb. *Conversus*, n. 3, his verbis: Superiores, qui contra decretum Clementis VIII, super receptione et institutione novitiorum 19 Mart. 1603, sub constit. 82 incip. *Cum ad regularem*, § 23, tenoris subsequentis: «Qui ad conversorum habitum recepti fuerint, ad clericorum statum transire, etiam durante tempore probationis, non possint,» dant eisdem conversis licentiam transeundi ad statum clericalem, suspendi debent ab officio ad tempus; transeuntes vero reducendi sunt ad laicalem cum perpetua suspensione a susceptis ordinibus. Hæc ille, adducens ad id decretum sac. congreg. Episcop. et Regular., in *una Minimorum* 14 Februar. 1620, et 25 Jan. 1646. Et sic etiam *eadem sac. congr. Episcop. et Regular. decrevit in una Augustinianorum* 23 Jan. 1631, apud D. Nicolium loco cit. Item pro congregatione Hispaniæ, fratrum Discalceatorum de ordine SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum, id statuit Alexander VII, constit. 138, incip. *Pastoralis officii*. Item pro ordine Eremitarum S. Augustini Clemens X, const. incip. *Exponi*, teste Lantusa in *Theatr. regular.*, verb. *Laici, seu conversi*, in supplement., sub num. 2. Et hoc probat praxis et stylus curiæ: et signanter sac. congreg. Concilii, quæ dignis de cau-

sis hanc licentiam concedit; ut concessit in una ordinis S. Mariæ de Mercede die 16 Januarii 1700, cuidam laico seu converso, attento, quod in religione studiis vacasset, ac se ad clericorum munus idoneum reddisset; et aliis dignis de causis hanc licentiam denegat, ut denegavit in una Ordinis Prædicatorum provinciæ Beticæ die 16 Martii 1700, cuidam alteri religioso laico vix idoneo ad divina peragenda, quamvis ipse transitum exoptaret ob nimiam devotionem erga SS. Eucharistiæ sacramentum, essetque vitæ exemplaris, ac de religione optime meritus. Sic refert emin. Petra cit. tom. IV *Comment. ad constit. 8 Eugenii IV*, num. 16.

(8. Conversi, seu laici ex indulto Apostolico transeuntis ad statum clericalem præcedentia initium sumere debet a die clericatus, non autem a die susceptionis habitus conversorum. Sacra congregat. Episcop. et Regul., in una *Minorum de Observantia* 26 Februarii 1649, apud Lantusc., in *Theatr. regul.*, verb. *Præcedentia*, num. 3, et sac. congreg. Concil., in una *Minorum S. Francisci de Paula* 15 Aprilis 1684, apud card. Petram, tom. IV *Comment. ad constit. 8 Eugenii IV*, sub num. 17.

(9. Transitus de statu clericali ad illum conversorum, justa causa concurrente, potest fieri cum sola licentia prælati regularis, scilicet provincialis, aut generalis cum consensu discretorum vel alias prout ejusque ordinis statuta præscribunt; dummodo transiens in ordinibus sacris non sit constitutus. Donatus, *loc. cit.*, quæst. 19, cum pluribus ibi citatis; Pellizarius, in *Manual. Regul.* tom. I, tract. 3, cap. 5, sect. 3, num. 136; Lezana, in *Summa q. regul.*, part. 1, cap. 22, n. 25; Murga, *ad constit. 7 Alexandri IV*, num. 153; card. Petra, *loc. cit.*, num. 16, ubi cum Sanchez, lib. VI *Moral.*, c. 7, num. 80 dicit prælatum regularem hunc transitum non solum permittere, sed etiam jubere posse ob punitionem delicti; quamvis tamen consultius censeam in similibus casibus recurrendum esse pro providentia ad Sedem Apostolicam.

* Imo ad Sedem Apostolicam semper in his casibus confugiendum est, cum alias ob causas, tum maxime, quia religiosus, qui a statu clericali ad statum conversorum dejicitur, etiamsi ordinibus sacris non sit initiatus, onere divini officii recitandi tenetur*.

(10. Quoad ea quæ concernunt affiliationes regularium in aliis conventibus, et transitus ad alienas provincias. Vide verb. *AFFILIATIO* per tot.

(11. Transitus de ritu Græco ad Latinum, vel econtra, non permittitur absque licentia Papæ. Card. Petra tom. IV *Comment. ad constit. 17 Eugenii IV*, sect. 2, num. 12. Communis aliorum per constitutionem 12 S. Pii V, incip. *Providentia*.

(12. Facilius tamen permittitur transitus a Græco ad Latinum, et nunquam regulariter de Latino ad Græcum. Card. Petra, *loc. cit.*, num. 13, cum Vericell. et Dandino ibi

citatis, testans de usu sacrae congregationis supremæ inquisitionis.

(13. Capitulo, canonicis et parochis licitum non est aliquid exigere ratione transitus per eorum parochiam, quando funus ducitur ab una parochia ad ecclesiam funeris sitam in alia parochia. Sac. congr. Concil., in *Trojana Funerum* 7, et 21 Maii 1701, ad 4 dub., et sac. congreg. Episcop. et Regular., in *Placentina* 13 Novembr. 1743, ad 2 dub.

(14. Ubi etiam statuit quod occasione funerationis cadaverum alterius diocesis, aut parochiæ in ecclesiis regularium, potest proprius parochus defuncti ad effectum deferendi processionaliter cadaver ad dictas ecclesias, libere transire per quascunque dioceses et parochias stola et cruce elevata, etiam irrequisitis earundem parochis. Vide verb. *PAROCHUS*, art. 3, num. 36 et seq.

(15. Transitus regularium de uno ad alium ordinem concedi potest a cardinali summo pœnitentiario, nedum a laxiore ad æqualem, verum etiam ad æqualem; et ab ætiori ad laxiorem ob justas tamen et graves respective causas ab eodem probandas, auditio prius superiore ordinis a quo et cum consensu superioris ordinis ad quem. (16. Et pro majori transitu firmitate, potest in his omnibus idem major pœnitentiarius statuti et privilegiis Apostolicis quomodolibet obstantibus opportune derogare. Benedict. XIV, tom. II, constitut. 95, incip. *Pastor bonus*, § 34.

(17. Non potest tamen ipsum transitum concedere summus pœnitentiarius a religione claustrali ad ordines hospitalarios, aut militares, excepto ordine S. Joannis de Deo, nec ad ordinem S. Benedicti antiquioris observantiæ, aliasque similes congregationes. Idem, *ibid.*, § 18. (18. Transitus autem ad ordinem hospitalarium S. Spiritus in Saxia specialiter, et omnimode prohibetur. Idem constit. 15, incip. *Sæpe Romanorum* § 5, confirmans ad id constitutionem Benedicti XIII, incip. *Sacra*.

(19. Concedere etiam potest major pœnitentiarius transitum ab uno monasterio ad aliud monialibus tantum ultra montes existentibus, legitima concurrente causa, in signatura discutienda et approbanda. (20. Committendo tamen facultatem hujusmodi transitus admittendi et exsequendi, arbitrio ordinarii clausulis opportunis pro casuum varietate. Idem in cit. constit. *Pastor bonus*, § 36.

(21. Transitus regularium ab ordine laxiore ad strictiorem impediri non debet sine causa. Idem, tom. II, constit. 25, incip. *Ex quo*. (22. Si superiores duorum ordinum dissentiant, judicium ad Sedem Apostolicam devolvitur, quæ concedere solet dictum transitum cum derogatione super consensu superioris ordinis laxioris. Idem, *ibid.*

(23. A regularibus se prætendentibus Apostolica facultate translatos ad statum clericalem sæcularem, vel ad ordines, in quibus non vigeat claustralis observantia, vel ad ordines militares aut hospitalarios (ad quos

non nisi perraro, et gravissimis, rationabilibusque de causis solet transitus concedi), et actu degentibus extra claustra, debent episcopi exquirere de veritate talis indulti, et eos compellere adhibita etiam vi, ad sibi hujusmodi indultum ostendendum, atque insimul, postquam illud perlegerint, diligenter expendere causas in ipso indulto contentas et expressas, veræne, an falsæ sint. Quod si illud indultum commonstrare, et tradere detrectaverint, adversus ipsos, juris ordine servato, statim procedere juxta facultatem sibi attributam a concilio Tridentino c. 3, sess. VI *De reform.* (24. Et si indulti causas minime veras esse compererint, non debent dubitare super ejus subreptione seu obreptione pronuntiare, et adversus religiosum procedere extra claustra sine facultate degentem. Idem, tom. II constit. incip. *Pontificia commendatione*.

(25. Transitus a ritu Latino ad Græcum est omnino interdictus. Benedict. XIV, tom. I, constit. 57, incip. *Etsi pastoralis*, § 2. (26. Transitus vero a ritu Græco ad Latinum permittitur pueris de consensu Patris Græci, et licentia episcopi Latini. Idem, *ibid.* (27. Adultis autem laicis de licentia episcopi diocesanæ. Idem, *ibid.*

(28. Transitus a ritu Græco ad Latinum prohibetur communitatibus Italo-Græcorum, sive Albanensium absque licentia Sedis Apostolicæ. Idem, *ibid.* (29. Item ecclesiasticis quibuscunque absque simili licentia S. Sedis. Idem, *ibid.* (30. Transitus a ritu Græcorum Melchitarum ad Latinum, aut Maroniticum ritum interdicatur. Idem, constit. 87, incip. *Demandatum*.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(31. Gravis hic se offert quæstio, an transiente abbate alicujus monasterii ad religionem strictioris observantiæ, procedi statim

TRANSITUS SENTENTIÆ IN REM JUDICATAM, UBI ETIAM DE CONDEMNATIONE IN EXPENSIS.

APPENDIX EDITORUM CASINENSIIUM

Ad verb. *Sententia* n. 48 et seqq., n. 60 et seq.

(1. Rem hanc ut rite explanemus, illud habe, quod dantur casus nonnulli, in quibus *Sententia* (licet ab ea intra terminos juris non fuerit appellatum) non transit in rem judicatam, prout advertit cum *communis* Lucius noster verb. *SENTENTIA* n. sup. cit. quosve præstat hic enucleatius ac fusius evolvere.

(2. *Ac primum*: Non transit in rem judicatam sententia, quæ est irrita ipso jure; ut si a iudice incompetente (111), vel in falsum procuratorem mandato carentem, aut contra jus commune sit lata; nam talis

(111) Vel si sententia lata sit a iudice competente quidem, sed contra jus expressum, l. 1, ff. *Quæ sententia sine appellat.*, etc. Aut contra priorem rem judicatam l. 1, cod. *Quando provocatio*, etc. Idem dicas si lata sit a iudice excommunicato,

valeat ad electionem successoris in prælaturam?

(32. In eam itum est sententiam, non posse durante novitiatu, et ante professionem novæ religionis, idque quia ad electionem successoris deveniri haud potest, priusquam vacet abbatia, cap. *Nulla*, De concess. præbend. Hæc autem minime vacat ante emissionem ab abbate professionem in nova religione. Durante enim novitiatu non desinit ille esse abbas monasterii, a quo transiit, et ita quidem, ut si a novitiatu egrederetur, fortasse quod perferre nequiret rigorem novæ religionis, rediret ad monasterium, et ipsam etiam abbatiam; Wiestner in *Decretal.* lib. III, tit. 31, n. 133; Donat., *Prax. regular.*, tom. I, part. II, tract. 5, q. 52, n. 1 et plur. sequent., et rursus q. 55, n. 1 et 4, ubi, quod, durante novitiatu, in suspenso remanent jura omnia a priori religione dependentia.

(33. Non ignoro, esse, qui tenent, in ipso ingressu in novitiatum strictioris religionis, abbatiam vacare per tacitam renuntiationem. At opinio hæc aperte contradicit cap. 4 *De regular.* in 6 ibi: « Beneficium illius, qui religionem ingreditur, non est intra probationis annum alicui conferendum, nisi ipsius accedat assensus. » Hinc enim manifestum redditur, solo ingressu in novitiatum non induci renuntiationem beneficii, cum alias citra assensum fas esset conferre beneficium illud. Confer Wiestner in *Decretal.* lib. III, tit. 31, n. 135, qui et aliam reddit rationem, quod ex dispositione concilii *Trident.*, sess. XXV, cap. 16, *De regul.* non aliter teneat quælibet renuntiatio emissa a novitio, nisi facta sit intra duos menses ante professionem. Sed dubito an dispositio hæc locum sibi vindicare queat quoad regulares transeuntes ad aliam religionem.

sententia nequidem decennio, multo minus decennio elapso, auctoritatem rei judicatæ consequitur, cum de nullitate agi, et sententia hujusmodi retractari secundam communem doctrinam usque ad annos triginta possit. Neque appellatio eo casu est necessaria, quia appellatio tantum interponitur, quando sententia valet. Schmalzgrueber, *De sentent.*, etc., n. 64.

(3. *Secundo*: Sententia lata in causa matrimoniali, sive quidem lata sit contra matrimonium, quod revera contractum est valide, sive pro matrimonio, si illud ob impedimentum consanguinitatis, etc., contractum sit invalide; quia nec contractum valide auctoritate sententiæ judicialis dissolvi, nec contractum invalide eadem aucto-

cap. 24, *De sentent.*, etc., cap. 15, *De hæret.* vel a iudice pecunia corrupto l. 7, cod. cit. tit. *Quando provocatio*, etc. — *Devoti Jus canonic. univers.* ad tit. *De sentent.*, etc., § 8.

ritate convalescere potest. Ita DD. comm. ex c. Lator. tit. c.

(4. *Tertio*: « Sententia censuræ, ut excommunicationis, suspensionis et interdicti, etiam post elapsam decennium ad appellandum jure concessum, non transit in rem judicatam, quominus excommunicatus, v. g. quandoque petere possit absolutionem, et per simplicem querelam de injusta excommunicatione conqueri, quamvis non audiatur per viam appellationis, ut tradit Gl. in C. ad reprimendum 8, De offic. jud. ordin., verb. *Suspendatur*; Abbas, in c. *Consanguinei* 1, n. 9 (De sentent., etc.)... idque sumitur ex c. *Cum contingat* 36, De offic. jud. deleg., c. fin. *De penis*, c. *Sacro* 48, De sentent. excomm., ex quibus constat quod petens absolutionem, et probare volens sententiam esse injustam, semper auditur (112). Ratio est, quia in his sententiis censurarum eadem militat ratio, quæ in sententia lata in causa matrimoniali, adeoque etiam locum habet eadem juris dispositio.

(5. « Similiter (* nota *) », si semel per sententiam fuit pronuntiatum, aliquem non esse ligatum excommunicatione, potest etiam post decennium adhuc probari esse ligatum; quia pronuntiatio judicis, quod quis non sit excommunicatus, non mutat rei veritatem, si vere sit excommunicatus. Verumtamen post terminum appellationis elapsam, præsumitur pro justitia excommunicationis, ita ut excommunicato incumbat onus probandi, quod excommunicatio sit injusta. » Hæc Pirrhing ad tit. *De sentent.*, etc., n. 58. Idem docet Schmalzgrueber ad tit. cit., n. 69.

(6. *Quarto*: « A sententia lata in causa beneficii, a qua intra decem dies non est appellatum, non transit in rem judicatam in præjudicium Ecclesiæ, vel in præjudicium animæ, si periculum peccati imminet... Quare si quis non canonice et legitime promotus sit ad prælaturam, vel beneficium, vel intrusus, potest quis, etiam post decem dies, eum denunciare judici, vel proponere querelam ad impediendum peccatum, et Ecclesiæ damnum, ut colligitur ex c. *Constitutis* 48, in fine, De appellat. Quinimo etiam iudex potest ex officio in tali casu, si a sententia non sit appellatum intra decem dies, inquirere de titulo legitimo, et procedere contra non canonice electum vel institutum, ut a prælatura vel beneficio amoveatur.

(7. « Verumtamen sententia lata in causa beneficii per lapsum decennii transit in rem judicatam in proprium præjudicium beneficiati contradicentis, ita ut opponere volens postea, non sit audiendus, c. *Quod ad consultationem* 15 (De sentent., etc.), et habeatur in c. *Cum dilectus* 32 in fin. (De elect.) ubi Abb. ait quod in præjudicium beneficiati transeat sententia in rem judica-

(112) Adeoque in causis censurarum semper est audiendus, qui se immerito excommunicatum queritur, cap. 36, *De offic. et potest. jud. delegat.*,

tam, quia ipse sine peccato potest non contradicere seu non se opponere. » Unde cum semel acieverit sententiæ, non appellando, non potest amplius contradicere, Marant., *De ord. judic. p.* in actu 1 *De sentent.* n. 150, ubi ait quod sententia lata in causa beneficii ecclesiastici non transit in rem judicatam in præjudicium superioris, sed bene transit in præjudicium ipsarum partium. Pirrhing *loc. cit.*, n. 59.

Audiamus pariter Schmalzgrueberum in hæc verba: « Sententia lata in causa beneficii (non transit in rem judicatam), argumento ducto a matrimonio carnali ad spirituale; nam etsi vi istius, ille, qui per eam in causa succubuit, et intra decennium a sententia non appellavit, eo elapso, opponere volens, non audiatur, et sic quoad ipsum eatenus sententia transeat in rem judicatam, non tamen decennii lapsus victorem ita securum efficit, ut non, eo elapso, de nullitate tituli adversus illum opponi a quocunque, vel inquiri ex officio possit a iudice. » Ad cit. tit. *De sentent.*, etc., n. 65.

(8. *Deinde*: « (Non transit in rem judicatam) sententia lata ex falsis instrumentis vel testimoniis, præsertim si testes pecunia corrupti fuerint. Nam hæc etiam post decennium retractatur, si ea condemnatus probet, adversarium huiusmodi instrumentis vel testamentis usum et iudicem in pronuntiando eorum fidem secutum esse, cap. *Cum J. et A.* 22, (cit. tit. *De sentent.*) l. *Divus* 38, ff. eod. 1, et qui 2 l. *Falsam*, cod. *Si ex falsis*, etc. Addidi, « et iudicem eorum fidem secutum esse: » nam, ut recte advertit Abb., si iudex, prolatis instrumentis pluribus, quibusdam falsis, quibusdam veris, aut plurium testium quorundam corruptorum, aliorum idoneorum attestacionibus receptis, vera secutus sententiam tulit, hæc in rem judicatam transit, et confirmanda est, per textum cap. *Cum J. et A.* cit., quod utile per inutile vitari non debeat, ut habet reg. 36, *De R. J.* in 6. » Ita anted. Schmalzgrueber, *ibid.*, n. 66.

(9. *Amplius*: « (Non transit in rem judicatam) sententia lata ex juramento necessario, quod in supplementum probationum a iudice delatum est parti; hæc enim ex repertis postea instrumentis, etiam lapsa decennio, impugnari, et postquam falsitas, et injustitia juramenti sufficienter probata fuerit, retractari potest, ac debet, ut habeatur l. *Admonendi* 33, ff. *De iurejur.* » Idem, *ibid.*

(10. *Pari modo* non transit in rem judicatam sententia lata ex probationibus a jure reprobatis, v. g. per duellum aut experientiam ferri candentis, aquæ frigidae aut ferventis; nam tali casu sententia est ipso jure nulla. — Schmalzgrueber, *l. cit.*, n. 68.

(11. *Denique* quævis sententia, quando causa, ex qua aliquis condemnatus est, ad non

cap. 48, *De sentent. excommunicat.* — *Devoti Jus canon. univ. De sentent.*, etc., § 8.

causam transit; hinc revocanda et pretium restituendum sartori vel fulloni est, quod solvere per sententiam debuit ob pannum aut vestimentum sua culpa amissum, si hoc, soluto pretio, repertum fuit, l. *Si fullo* 2, *De conduct. sine caus.* — Idem, *ibid.*

(12. Expensas porro iudicii quod attinet, illud utique exploratum est, quod victus victori in huiusmodi expensis sit condemnandus, textu expresso in l. *Properandum*, et DD. communiter. Quæ regula procedit non solum in causis civilibus, sed etiam in criminalibus, sive procedatur per viam accusationis, sive denuntiationis aut inquisitionis. *Communis.*

(13. Fallit nihilominus dicta regula, quando victus justam causam litigandi habuit, quo casu expensæ compensantur. Etsi vero non possit dari regula certa, quando quis censeatur habere justam causam litigandi, nihilominus attamen quedam causæ et circumstantiæ vulgo assignantur ad

TRANSLATIO.

SUMMARIUM.

1. Translato festo, ordinarie non transfertur indulgentia. — 2. Festum duplex occurrens ante octavam non privilegiatum, non est transferendum post octavam, sed infra eandem celebrandum est prima die non impedita. — 3. Festum semiduplex occurrens in festo duplici infra octavam non privilegiatum, non est transferendum post illam, quando dies immediate sequens impedita non fuerit. — 4. Officium semiduplex occurrens in Dominica infra octavam non privilegiatum olim non erat celebrandum in feria secunda sequenti, licet non impedita, si adesset reponendum aliud festum altioris ritus: secus tamen hodie propter posterius decretum relatum infra, sub n. 19 et 20. — 5. Non est transferendum in diem immediate sequentem festum illud, ante cuius translationem habentur reponenda alia officia prius translata ejusdem ritus, excepto festo semiduplici in Dominica infra octavam non privilegiatum occurrente. Adest tamen posterius contrar. decret. — 6. In repositione duorum vel plurium festorum ritum habentium eundem, et die occurrentium diversa, debet attendi prioritas translationis, nisi attendenda sit major dignitas. — 7. Si plura sint transferenda festa eadem die occurrentia, quibus non convenit ratio majoris dignitatis, debet attendi in eorum repositione major apparatus vel populi concursus. — 8. Officium particulare alicujus diocesis vel religionis occurrens die 25 Februarii est transferendum in anno bissextili ad primam diem non impeditam; dummodo non sit duplex primæ classis. — 9. Si occurrerint vel fuerint transferenda duo festa ejusdem ritus unica die occurrentia, quorum unum sit universale et alterum particulare alicujus diocesis, vel religionis, debet fieri prius de universali, et deinde de particulari, nisi obstet ratio majoris dignitatis. — 10. Si simul sint transferenda festa

(115) Aliæ causæ a DD. ad rem enumeratæ sunt istiusmodi. Nempe, 1^o si victus intentionem, vel exceptionem suam semiplene probavit, et spectare potuit, se admittendum ad juramentum suppletorium; 2^o si eadem probavit testibus, qui præter spem ejus fuerunt reprobat; vel aliter deposuerunt in iudicio, quam extra hoc rem se habere jactarunt; 3^o si pro se habuit sententiam plurium jurisperitorum facultatis ejusdem juridicæ, aut saltem unius celeberrimi doctoris; 4^o si jura pro et contra litigatorem militancia ambiguos et varios intellectus

rem a DD. inter quas et hanc habeto (113), nempe ubi quis litigat *ob suum pudorem servandum*; siquidem parcitur verecundiæ, et pro servando pudore multa permittuntur, alias prohibita. Ventriglia *Prax. rerum notabil.*, etc., part. 1, adnotat. 21, n. 26.

(14. « Nota (vero) in hac materia notabilem decis. Gram... ubi habetur, quod ea quæ diximus de justa causa excusante victum ab expensis, de plano procedunt in reo, non autem in actore; qui non ita simpliciter excusatur ab expensis; quia, cum sit in ejus potestate venire ad iudicium, debet venire instructus et provisos, alias sibi imputandum est, et proinde tanquam succumbens in facto proprio, in quo error prætendi non potest, debet condemnari in expensis, sive simus in causa principali, sive appellationis... quia non investigavit omnia quæ debuit, antequam perveniret ad iudicium. » Ventriglia, *loc. cit.*, n. 29.

S. Marci Evangelistæ, et SS. apostolorum Philippi et Jacobi, debet prius reponi festum S. Marci, deinde festum Apostolorum. — 11. Si simul transferenda sint festa S. Josephi et Anuntiationis B. Mariæ virginis, debet prius fieri officium Anuntiationis, et deinde de S. Josepho. — 12. Si festum Anuntiationis B. M. 7. occurrerit in feria sexta in Parasceve, vel Sabbato sancto, transferri debet ejus officium una cum præcepto audiendi missam; et vacandi ab operibus servilibus ad feriam secundam post Dominicam in Albis, protracto ad alium diem festo in ea occurrente, nisi fuerit duplex primæ classis. — 13. Si festum S. confessoris transferatur in proxime sequentem diem, in hymno *Iste confessor* nulla fit mutatio versiculi, sed debet dici *Meruit beatas*. — 14. Translato autem festo S. confessoris ultra sequentem diem, in hymno *Iste confessor* facienda est mutatio versiculi dicendo *Meruit supremos*. — 15. Officium nominis B. M. V. occurrens in festo Exaltationis S. Crucis, vel in alio altioris ritus, aut dignitatis, debet transferri, non vero omitti. — 16. Si in die Commemoracionis omnium fidelium defunctorum occurrerit Dominica, vel aliquod festum de præcepto, officium cum missa defunctorum transfertur in sequentem diem, etiam festo duplici impeditam. — 17. Festa duplicia et semiduplicita translata preferenda sunt officis semel in hebdomada concessis. — 18. Officia sanctorum, quæ alicubi supersunt de mense Decembri, licet alias transferri possent in annum sequentem, secus nunc. — 19. Officium semiduplex in Dominica infra Octavam non privilegiatum occurrens tantum habet juris in feria immediate sequenti non impedita, ut non cedat duplici 1 classis translato. — 20. Pluribus festis ejusdem ritus translatis, officium de primo translato recitandum est, etiamsi ultimo translato posset in diem immediate sequentem transferri, semidu-

habeant, ita ut quis frequentiori et meliori DD. calculo approbatus sit, non facile cognoscatur; 5^o si actor plus dubito sibi petiit; 6^o si victus suscepit causam jussu superioris, Papæ, vel alterius principis; 7^o si actor debitorem de solutione non interpellatum in jus vocari petiit, et reus comparens debitum confiteatur, seque ad solutionem paratum offerat; debuisset enim actor eundem extrajudicialiter pro solutione interpellare, quam deferre causam in iudicium. Schmalzgrueber, *De sent.*, etc. n. 113.